

lus est: » ejus rami sunt omnes virtutes, quae ab amore tanquam ab initio procedunt de quibus Ecclesiasticus cap. 1, 23: « Rami ejus longevi: et sub ramis ejus justus morabitur: » ejus folia sunt praerogativa divina, quia lignum istud protegitur et ornat, et ad sanitatem gentium sunt instituta, nam preceptorum custodia gentes morbis peccatorum liberantur, et salutem justitiae adipiscuntur, quare apud Ezechielem cap. XLVII, folia haec dicuntur ad medicinam: *fructus* denique, ex quibus arbor bona cognoscitur, sunt effectus charitatis perfectae, quos in viris perfectis animadvertimus. Ceterum audiamus suavem lyrae sonum, quo hujus figure in *Glossa* explicatur mysterium: « Lignum habet spem, » id est homo, qui dicitur arbor inversa, « si praecisum fuerit » a Christo per peccatum mortale, « rursus virescit » per recuperationem gratiae: « si senuerit in terra radice ejus, » id est, si diu manserit in terrenis desideriis, tamen recuperare poterit gratiam Salvatoris. Ideo subdit: *Ad odorem aquae*, id est preveniens gratiae, « germinabit, » concipiendo bonum propositum, « et faciet comam, » id est opera bona, « quasi cum primum plantatum est, » id est, antequam in peccatum laberetur. Ubi circa illa verba: *Ad odorem aquae*, quis non miretur aquae tribui odorem, cum illa, ut philosophi docent, nec colorem, nec saporem, nec odorem dicatur habere? sed quamvis hujusmodi qualitates avara illi naturae negaverit; terra tamen, per quam transit, nescio an liberalis, an grata, sic ei retribuit, ut reciprocum sit vel officium vel beneficium humoris accepti et retributi odoris. Siquidem Ambrosio lib. III *Hexaem.* cap. xv testante: « Una nempe eademque est aqua, et diversas plerumque se mutat in species, assumpto locorum quibus influit colore: » assumpto addere poterat et odore; quod si Ambrosius hoc asserat de naturalibus aquis e terra scaturientibus, potiori utique jure id dixerit de aquis lacrymarum, quae de corde exeunt contrito, ex oculis defluunt penitentium, et per maxillarum canales distillantur: cum enim maxillae, juxta Nyssenium Gregorium hom. 13 in *Cant.* sint « phialae aromatum, ex quibus unguenta parantur, » quid mirum, si in illis odoriferae lacrymae conservatae adeo vivificum emittant odorem, ut ad illam et mortuus peccator reviviscat, et virtutum ornatus floribus, et coma gratiae et gloriae coronetur?

Vers. 11 et 12.

Homo mortuus vitam revocari solet.

11 et 12. QUOMODO SI RECEANT AQVE DE MARI, ET FLUVIUS VACUUS ARESCAT: SIC HOMO CUM DORMIERIT NON RESURGET; DONEC ATTERATUR COELUM NON EVIGILABIT, NEC CONSURGET DE SOMNO SUO. — Comparat hominem mortuum cum mari et fluvio, cujus aqua ubi semel aruerit, eadem numero non redit: Quemadmodum, inquit, aquae, quae a suo capite per declivia loca defluerunt eodem relabi non possunt siccatu alveo, unde primum deorsum prono recesserunt: sic etiam nec homo defunctus vita reviviscet, scilicet naturae viribus, neque

dum caelum stabit a somno mortis excitabitur: ita Sanctius, Stunica, Pineda, et plerique latini interpretantur, ut dicat resurrectionem ad similem vitae statum esse naturam impossibilem, sicut mare aut fluvius ad summam siccitatem redacta reparari et restitui naturae viribus non possent: nam resurrectio divinum opus est, non ipsius naturae. Alii vero, quia particula similitudinis in Hebraeo et Graeco subicitur, haec per dissimilitudinem dicta accipiunt, ut nimirum significetur homo fugacioris esse vitae et irrevocabilioris quam sit fluxus maris aut fluminis; siquidem mare nunc fluit, et aliquam terrae partem deserit; nunc vero restitit, et eandem quasi perditam cito recuperat: similiter torrens aut fluvius si nunc estate siccat, post paulum facta accessione aquarum exundat. At homo nunquam vitam mortalem recuperabit, quam semel amisit; nunquam ad possessa prius bona revocabitur, sed in pulverem versus in diem iudicii reservabitur: quod glossena nobis aliam quoque sententiam suppeditat, q. d. Sane ut aqua maris, quae recessit, revertitur, sic homo iterum reversurus est, unde Romani olim, teste Tertulliano lib. *De Resurr.* dicere soliti sunt, cum aliquis e vita decessisset: « Abiit, et revertetur esse, » resurrectionem carnis haud obscure inuentus. Quapropter hic etiam non absolute negavit hominem resurrecturum, quin imo id ipsum asseruit, et ad majorem hujus veritatis confirmationem quando futura esset resurrectio declaravit his verbis: « Donec atteratur caelum: » nam qui illam antea non futuram dixit, tunc omnino futuram significavit, quando caelum et terra statuto a Deo tempore atterantur, « et sicut vestimentum veterascant, » ut David ait *Psal.* cii, 27.

Septuaginta vertunt, *ἐως ἂν ἐὶς ἀνάτης αὐτοῦ σφραγισθῆ*, quoad usque caelum non sit consutum, quod S. Augustinus reddidit, usquequo caelum est non consuetur ad novum; Polychronius exponit, *καὶ ἕως ἂν ἐὶς ἀνάτης παλαιῆς, καὶ ἐὶς ἀνάτης νεωτέρας, ἕως ἀνατέλλει αὐτὸν σφραγισθῆ*, ἀπὸ τοῦ, αὐτὸν σφραγισθῆ, ἕως ἀνατέλλει ἔτι τὸν εἰρῆν τῶν τελευτῶν τῶν καλῶν, quoad usque caelum inveteraverit, et mundus constiterit, id est, usque ad consummationem non consuetur, pro, non redibit ad harmoniam suam. *Saturam enim dicit seriem jugationum et commissurarum ipsorum membrorum.* Homo igitur tunc resurgit, quando Deus in extremo die caelos immutabit, et majori splendore convestiet: « Liqueat enim, inquit S. Gregorius ad hunc locum, quia non resurgit, scilicet donec alteratur caelum: quia nisi mundi hujus finis advenerit, humanum genus a somno mortis ad vitam non evigilabit. Non ergo quia omnino non resurgat, sed quia ante constitutionem celli humanum genus minime resurgat, insinuat: » intelligendum enim est, non evigilaturum ante omnium hominum futuram resurrectionem. *Somnus* vero mortem vocat phrasi Scripturis usitata, ut cum David ait *Psal.* LXXV, 6: « Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt viri divitiarum in manibus

Homo non resurgit ante mundi immutationem.

Somnus suis; » et quia somnus expressa est mortis imago, adeo ut quidam philosophi opinarentur pro similitudine nobis esse a natura datum, ut ex illo mortis rationem cognosceremus. In Menandro poeta comico nihil memini me legere venustus, quam cum somnum appellavit *καὶ ἕως τοῦ ἀνάτης ἀνάτης, parva mortis mysteria*: dictum argutum et lepore linctum erudit. quo alludit ad sacra Eleusinia seu initia Cereris, quae duplicia fuerunt, parva nimirum et *majora* mysteria; illa fuerunt dispositio ad haec, ad quae ab illis facillimus transitus. Magna in utrisque similitudo, iidem ritus caerimonisque fiebant; somnus igitur parva mortis mysteria: jam dormientes letho et Elysiis campis ut majoribus mysteriis initiabantur, mox sepulchre popatae futuri. Hinc sapientes Graeciae eos qui somno detinebantur pari in loco ponunt eam sepulchris, qui neque sibi neque humano generi sint utiles. Cur autem mors somnum appelleret dictum *supr.* cap. III, 13, ubi hoc fuisus exposuimus.

13. QVIS MIHI HOC TRIBUAT, UT IN INFERO PROTEGAS ME, ET ABSCONDAS ME, DONEC PERTRANSIAT FUROR TUUS, ET CONSTITUS MIHI TEMPUS, IN QUO RECORDERIS MIHI? — Proxime dixerat non eandem esse humanam vitae conditionem atque plantarum, quae successu revirescent, et earum rami a truncis sublati et infossi terrae denuo radices agunt, et in arbores proceras ac pulchras excresecunt; ast eum homine longe aliter se res habet, ubi enim semel vita functus est, nullam amplius virtutem habet naturalem, qua in pristinum statum, a quo dejectus est, redeat; sed humi putrescit, neque spem habet ullam resurgendi ante finem saeculorum, quando ad statum priori longe dissimilem transferetur. Cum autem gravia Jobus pateretur intocommoda, et jam pene tantorum dolorum mole succumberet. optabat mortem, hujusmodi malorum commune levamentum: quam libenter subiret, si modo plantis non dissimilem sortiretur interitum, a quo facilis esset ad vitam prioriemque conditionem remigratio. Hoc ipsum igitur Jobo videtur esse in votis, dum tempore furoris Domini et quasi hiemalis inclementiae mori desiderat, dummodo defervescente furore ad vitam reverlatur: ita Sanctius noster, qui alias quoque aliorum expositiones adfert; sed haec videtur maxime literalis et cum praecedentibus optime coherens. *Inferni* ergo nomine mortuorum receptaculum significat, ratioque postulat ipsa, ut eum eo nomine omnes subterraneas cavitates, tarlarum, limbum, sepulchrum comprehendi notum sit, eam stationem optet Jobus, quae quietis aut refrigerii significationem habeat, qualis patrum limbus anime, sepulchrum corpori. *Furor* vero ille, quem deferscere cepit interim dum absconditur, est indignatio Dei, qua haec vita mortalis exagitur. *Tempus* autem constitutum est dies resurrectionis ad immortalitatem; quae licet universis hominibus praestituta sit, non tamen ita, ut Deus universorum mortalium, sed electorum tantum

Quid inferni nomine significat.

modo dicatur amanter recordari, quod est Jobi postulatium.

Tiellmannus et alii *furorem* hunc, quem Job tantopere exhorruit, sentiunt ad extremi temporis universale iudicium pertinere, quod usque adeo praesentebat horribile, ut dum furor in illo severo rerum articulo in iudicis ore scintillaret, eligeret potius cum damnatis in gehennali iudicio creari, quam spectare fulminantem incendium, et suae indignationis documenta maxima praebentem: quae quidem interpretatio pia est, sed minime literalis. Et sane nimis intellectum arduum est, ut Jobus his verbis illud petat, et sibi in petitione constet: esto Deus humanorum scelerum vindex suum in peccatorum furorem ostendet, quem vel in inferno fugere Jobus expetit; si fuga et latebris declinandus Dei furor est, quare in inferno protegi Jobus cupit, et in inferno abscondi? Quin et si Jobus a Dei furore exoptat fuga abscondi, atque latibus beneficio occultari; quomodo postulat, ut Deus ipsum abscondat? Porro quisquis abscondit aliquem, illius se praebet comitem, quousque illum in latebris reponat et occultet; probeque inde noscit, ubinam absconsus delitescat. An Jobum dementavit calamitas, qui a iudice petit ut eum abscondat, et latebris a se protegat? Parum, opinor, tutus erit reus, quem iudex abscondit. Scilicet perspicuum erit Jobo ejus noxae Deum latere non posse, quod omniscientia vetat; nec posse etiam se fugere a Deo, cuius immensitate comprehenditur. Verum nihilominus a Deo petit Jobus ut illum peccatis obnoxium abscondat, ne in conspectu Dei sui peccaret, q. d. Cum homo mortalem hanc vitam agit, fieri non potest ut nunquam in Deum delinquat: at ne in conspectu tuo peccem, inquit, quandoquidem non possum a te fugere, et a te abscondi, hoc unum quod possum enixe deprecor, ut tu ipsa abscondas me; saltem sic voto abscondat, et desiderio meo in tuis latebris occultatur, ne peccem in conspectu Dei mei: sic peccatum meum erubesco, sic detestor peccandi impudentiam, ut si quando humana mihi imbecillitate peccandum contra te sit; tunc, tuam quidem vel in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertransiatur furor tuus.

Topologica autem nobis viventibus quis hoc tribuat, ut in inferno protegamur et abscondamur? etenim fortissimum propugnaculum arxque adversus peccatum munissima infernus est igneus abundans telis: si nos peccatum oppugnat, in hanc arcem mente et cogitatione confugiamus, semper tamen illius ignis consideratione hostem crudelissimum repellamus. Viventibus infernus propugnaculum, mortuis supplicium est; ne sit post mortem supplicium, sit ante mortem propugnaculum: descendamus saepe in infernum viventium: descendamus morientes. Animadvertit Numinis providentiam Tertullianus lib. *De Paenit.* cap. ult., quod in multis orbis partibus ignitos montes

Misior est gehenna quam iratus Christus vultus.

Deum supplicat Jobus ut ipsum abscondat.

Inferni consideratio est arx fortissima adversus peccatum.

Res ad inferni cogitatione

esse voluerit, quos nominat *funeraria inferorum*; alique scintillas, que in dies evomuntur, magni alicuius et inestimabilis foci missilia quedam et exercitoria jacula videri, ne quando in eorum locorum oblivione veniamus, in quibus divinam maiestatis perdoctes supplicio eterno maectantur. Et quidem usi etiam hac consideratione sunt viri sanctissimi ad salutare metum retinendum, et que molesta in vita contigissent eo lubentes referebant. B. Theodorus Studita, obita pro heo morte gloriosus, cum in morbum incidisset, in quo primum totius corporis frigus et vehementissimum horrorem senserat, tum continuo ignee febris immensum et inusitatum calorem, vir pius eum fructum inde retulit, de quo deinde apud suos in *Serm.* 31 ita memorabat: Ego in malis positus necum cogitavi: itane in futuro iudicio a tartari horribili penis ad gehennam ignis revolvemur, binisque forte supplicis aut etiam pluribus miser esse obnoxius? ubi duo precipua attingit inferorum supplicia, scilicet intolerandum frigus, unde Greci nuncupavere *Τάρταρον*, *Tartarum*; et ignem, quem aeternum divina oracula significant: Tertullianus in *Apol.* cap. XLVII, vocat a ignis arcani subterraneum thesaurum ad penam. » Hinc Isidorus Pelusiote egregia monitio lib. I *Epist.* 433: « Si carnis, inquit, tunc cupiditas et libido adversum te furit, et insolentius commovetur, ignis futuri mentem refricat, et extinguitur; siquidem libidinosus huius vitæ incendium ad fornacem illam tendit. » Neque tamen cogitandum est duo tantum esse illa penarum genera, tametsi atrocita, quibus sentes in Erebo circumferuntur: est enim is locus acerbissimum omnium a flamma, clida mephitis, puticuli habentes, cloaca mundi, sordium omnium flex et colluvies: ubi nihil sit quod delectet, nihil quod non incredibili terrore torqueat, qui sit denique, ut Servator mundi *xxv. Τάρταρον* appellat *Luc.* XVI, 28, locus tormentorum. Jonas ad ea omnia adhibebat aternitatem, de qua mens omnis cogitudo prope inexplicabili pavore tenetur: « Cuius, inquit cap. II, 7, voces refinaacula sempiterna, » quo videlicet solvi aut perumpi nequeant, ait B. Cyrillus in *doom*, cum nemo e stygia unquam domo exierit, nec ea semel clausus revocare gradum poterit, et sursum illa fere perfrui.

14. PUTASSE MERTUUS HORO BURSUM VIVAT? CUNCTIS DIEBUS, QUIBUS NUNC MILITO, EXPECTO DONEC VENIAT INBURTATIO MEA. — Valde variant interpretes in huius textus expositione: primo Chaldaeus quidem in solos iniquos refert, et de beata vita, quam non assequuntur, explicat hoc modo, si mortuus fuerit vir iniquus, ferina potest ut vivat? qua etiam ratione *Psal.* I, 3 dicitur « impii non resurrecturi in iudicio, » videlicet ad beatam vitam; sed ita non satis haec coherent cum praecedentibus, et aliena videtur a tota hac Jobi oratione illa vite usurpatio. Secundo, Philippus existimat sermonem esse de illa altera resurrex-

tium vita, atque interrogationem hanc requivalere affirmationi, q. d. *Nonne mortuus homo resurget?* id est, omnino resurget; quod in rebus certissimis Scriptura familiare esse notat, ut eas internum sub quadam dubitationis specie proponat; alioquin secundum ordinariam Scriptura regulam interrogatio asserens negationi similis est, sicut interrogatio negans assertioni. Tertio, Cajetanus conditionalem particulam, que in forte est, agnosceus hanc ita construit, *si mortuus homo rursus viveret, mortua ego lubens exciperem, et cunctis diebus, quibus nunc dolens milito, expectarem donec veniret inauratio mea.* Alii quarto interrogationem hanc iuxta communem Scriptura consuetudinem per negationem interpretantes, sermonem fieri putant de rursus vivendo vitam mortalem, quam restituendam negant. Quinto, et optime Pineda sic exponit, ut in prima quidem parte loquatur, ut sepe diximus, de reditu ad vitam mortalem; in secunda autem de immortalitatis resurgentium regeneratione, q. d. Non potest fieri ut mortuo mihi semel iterum ad hanc vitam redeandi facultas concedatur: quod cum ita sit, vite illius immortalis spes me sustentat, quamvis omnino videam hanc vitam mihi deserendam esse. Vel ut dubitationem ipse proponat de futura resurrectione: Dum nimium, inquit, formidare mortem video, videri nolo de alterius vite fide dubius aut parum firmus, quare statim desidero alicujus suspitioni occurrere, meaque fidelis palam profiteri: nihil enim aliud expecto quam verissimam illam corporum resurrectionem ad vitam immortalem, quam vocat *inaurationem*. Qua item phrasi usus est Apostolus I *Corinth.* XV, 31: « Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: » *inauratio* quippe transitus vel ascensus est ad statum feliciorum. Et quidem ascensus hic adeo felix est, ut merito praemisit Jobus illud: « Cunctis diebus quibus nunc milito, » quasi apertius diceret: Immortalia illa, que scopus laborum meorum est, affluit ea horum omnium copia, pro qua æquum sit diebus singulis fortiter dimicare: resurgit enim corpus pulcherrimum, splendidissimum, immortale, ut preclare meum agatur, si corporis deformitatem, squalem, mortem denique ipsam pro amplissima illa mercede perperat.

Ceterum pro verbis illis, *donec veniat inauratio*, Septuaginta legunt, *donec veniat inauratio*, donec rursus fiat: qui sane dicendi modus elegantissimus est, et ad resurrectionem significandam appositissimus, qui enim resurgit rursus fit, est quoque opportunissima translatio Synmachii auctoris, *donec veniat sancta natiuitas mea*, natalis quippe faustissimus est resurrectio, qua ex angustiis sepulcri corpus editur in lucem sempiternam. Pro hac ex Jobi sententia militandum est assidue, ne quis torpescat, vel pacem importunam sibi confingat, cunctis diebus arma exerceunda sunt spiritualia, et omnibus

Interrogatio asserens similis est assertioni.

Job spe resurrexerit quibus ag sustentat.

Immortatio agitator pro resurrectione gloriosa.

Resurrectionis laetitias.

expectandum donec bello importuno pax concupita succedat: nam qui in hac vita non militat, sed cum suis peruersis voluntatibus pacem concellit, nullam sui in melius immutationem; nullam vitorum vitoriam, nullam veram pacem expectat.

VER. 15. 15. V. CARNI ME ET EGO RESPONDEBO TIBI: OPERI MANUUM TUARUM PORRIGES DEXTERAM. — Postquam, aquit, ex hac vita decessero, et multis scoullis in sepulcro jacuero, et animus meus a corpore separatus in loco a te preparato subsiderit, tandem adveniente resurrectionis die « vocabis me » (ut S. Paulus I *Thess.* IV, 15, scribit, « in iussu et voce archangeli, et in tuba Dei »), et ego libentissime tue voci parebo, atque ut tibi adstem resurgam: libenter, inquam, obediam, quoniam vox non erit ad damnationem, ut spero, sed ad salutem; neque, qui opus sum manuum tuarum, singulari amore proleges, et quasi data dextera ad eum sublevandum, cui scias imminere, ab aeterna pena impis preparata defendes. Vehementer sane resurrectionis memoria Job delectari videbatur, dum tanto morbo tantisque malis non impediatur, quo minus in ejus sermone incidens eam accurate tractaret, et sermonem describeret: « Vocabis me, » inquit; que vocatio qua ratione futura sit Christus apud Mattheum pluribus exponit dicens cap. XXIV, 31: « Et mittet angelus suos cum tuba et voce magne, et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis celorum usque ad terminos eorum; » ejusdem apud Joannem meminit his verbis cap. V, 28: « Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filii Dei. » Et Paulus scribit I *Corinth.* XV, 31: « Omnes quidem resurgemus in momento, in iectu oculi, in novissima tuba. Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur: » ex huius vocis immensa vi Paulus infinitam Dei potentiam demonstrat ita scribens *Rom.* IV, 17: « Qui vivificat mortuos, et vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. » Huius vocis eximie virtutis specimen exhibitum fuit, cum Lazarus et viduae filius e mortuis a Christo fuerunt una ejus voce excitati. Felices ii, qui dum mortalem vitam agunt huius vocis divine nunquam obliviscuntur, sed ei prompto animo respondent. Respondere autem hic nihil est aliud quam obedire Domino vocanti, quemadmodum Lazarus, et illi archisynagogi et Tabitha tunc responderunt; illi Christo, hae Petro evocantibus ad vitam, quando spiritum resumpserunt quem prius efflaverant. Hinc ergo voci se confestim responsurum Jobus pollicetur, quo expeditam obedientiam et bonae conscientiae alacritatem significat, qua erectus fidenter vocis divine sonum excepturus sit. Non potest sane haec vox resurrectionis iucunda non esse ovibus Christi, quibus dum mortalem vitam degerent voces ejus et praecepta vite gratissima fuerunt, eique diebo semper au-

Genesio mortui vocatis a sepulchris.

Vocatio in divinis diligerenter respondendum.

dientes fuerunt. Illud vero, *porriges dexteram*, metaphora est ab homine, qui i. correcto brachio alium decumbentem erigit. *Dextera* autem ipsa potentiam aptissime notat, ut idem sit *dextera*, *porrigere ac potenter auxiliari*, fortiter adjuvare et robur indere. Ipso etiam dexterae porrigentis habitu divinae maiestatis ad opem propensae ac sese inclinantis ad hominem extollendum dignitatis significatur.

Mystice spiritalem aeternam resurrectionem intellege, in qua haec tria designantur: primo gratia Dei praevientis, et divina vocatio, dum dicitur: « Vocabis me; » deinde assensus hominis vocationi divinae libere obsequentis, dum illud adiungitur: « Et ego respondebo tibi, » licet non sine gratia cooperante; denique gratia Dei adjuvans et promovens, dum subditur: « Operi manuum tuarum bona cogitatio, et voluntas et propositum hominis adjuvatur et promovetur a Deo, ut ad justificationis consecutionem et spiritalem resurrectionem perveniat. Ac corporum quidem resurrectionem distulit Deus in extremum mundi diem; resurrectionem vero animarum ne puncto quidem temporis differri vult; hinc vir improbus si penitentiam egerit, statim Deo excitante resurgit. Resurrectioni corporum unam tantum diem tribuit, ad resurrectioni animarum totum concedit tempus, quo mundus permanet. Resurrectio corporis una tantum est, semel namque corpus mortui, semel et resurgit; resurrectiones vero animae multae sunt: idem enim homines saepe peccato vulnerati moriuntur, penitentia excitati resurgunt. Pendet autem beata corporis resurrectio maxime ex resurrectione animae. Si anima peccatoris ante mortem non resurrexerit, resurgit quidem corpus, sed ut torqueatur in aeternum; si vero anima spiritualiter resurrexerit, et a peccatis liberata e corpore exierit, corpus ipsum quoque in novissimo die gloriosam resurrectionem consequetur: hoc tempus praesens totum quantum animae destinatum est; extremum vero dies unicus corporis resurrectioni reservatur. Nunc igitur animam a peccati morte excitemus ac praeservemus, novisque moribus christiano dignis exornemus; corporis ornatum, pulchritudinem gloriamque in diem extremum differamus: animi enim resurrectio multo potior est resurrectione corporis; multoque salius est animum Dei gratia vivum habere quam corpus a morte excitatum. Quare Job de anima potissimum sollicitus subdit:

16. TU QUIDEM GRASSUS NEOS INUNIVERSATI; SED PARCE PECCATIS MEIS. — Eleganter Deum introducit hominis actus perscrutantem ac recensentem, quasi de singulis rationem exacturum: omnino quippe exploratum est, ne cogitationem quidem unam a vigilantissimo exploratore preteriri, quam non intropiciat et perpendat: quod Septuaginta interpretes aperte notarunt in haec verba, *ἐπιθεωρεῖ δὲ πᾶσι τὰ ἐπιτεωρημένα, καὶ οὐ μὴ παραβῆσθε ἐν οὐδὲν τῶν ἐπιτεωρημένων*.

Dextera symbolum potentiae et auxili.

Quae ad spiritalem resurrectionem concernant.

Spiritualis ac corporalis resurrectionis differentia.

Deus omnis actus et cogitationes nostras numerat et expendit.

numerasti autem adinventiones meas, et non preteribit illum peccatorum meorum. Gressus in hoc loco sunt affectus et actus quibus animus hominis incedit, bonis quidem ad palam, malis vero ad penam. Postulatum autem illud *parce peccatis meis*, et ad culpam et ad penam litterali sensu pertinet, q. d. Cum ego sciam te omnia opera mea quantumcumque occulta optime nosse, que numerata habes, et in quasdam quasi ephemeridas relata, obsecro ut parce peccatis meis; quas tempus iudicii antevertens simplex deprecor: si enim modo, ubi tempus indulgendi fuit, adeo acerbe discernis; quid rogo de me fiet, ubi tempus accesserit puniendi errata, quorum convincer? Hec explanatio corrupta, quorum observat; altera vero, que presentem afflictionem pensat, sic Jobum loquentem inducit, q. d. Recordor iudicii tui districtissimi, ubi in lucem proferes omnes actus meos, quos enumerasti; ut si male egerim, sine relaxatione me punias: at nunc alia subest ratio; neque enim iam ad tribunal tum eodem prorsus modo ac in suprema universalis iudicii hora sistor; tempus venit profecto adest ex snavissima dispositione providentie tue. Ergo parce peccatis meis: hoc est, aliquid remitte de cruciata, quem inferre videris pro culpis meis.

Facilius est videri de occultis.

Densus et obscurus in nobis est quicquid conscientiam nostram latet.

ter nominantur *occulta de decoris*, nitore gratie illuminet atque diluat, cum nequeat ipse fortis omnia cognoscere. Hinc sequatur id diluvium uberrimum lacrymarum, quod dum lavat die ac nocte lectulum suum, regni que adeo ebum temperabat, maculas quoque eluebat animi, et eos naves, quos sciebat et divinitati exosos, atque sibi ad extremam calamitatem perniciem que metuendos. Et mirum sane est, tantum virum, cui Deus arcana sapientie sue aperuisset, et sublimia illa que miramur (nam ita vere ad divinam gloriam predicabat *Psal. 1, 8*: «Occulta sapientie tue manifestati mihi») occulta sua ignoravisse. Ipse mentis cogitationem in abyssum divinorum consiliorum intendebat, et in cursum pene omnem christianam religionis et abditis mysteria pernosebat, suas miseras non nosebat. Facilius ascendebat in celum quam in se descendebat; et qui super coelestes globos niveo in lumine et illustri volitabat, in tenebris cordis cecus errabat. Sed nimirum hoc nostri amantis sapientia Dei providit, ut timore sancto percelleretur, et cum Jobo viro mirifico vereretur omnes vias nostras, ne exultantes nimis et securi, et blandissimis vite illecebris viteque abrepti, in impietatem et ingrati animi crimen incidereamus. Nunc autem in tam caecis conscientie nobis occultoque animi statu cum Davide Joboque gemimus, et ad penitentiam velut ad sacram anchoram confugiens, fluctuantem mentem stabilimus, et corde humili evocamus divinam bonitatem, ut parcat peccatis nostris.

Facilius est videri de occultis.

Job vir tantus, quantum nobis celi scribae atque anallium monumenta dicunt, non saluti dormiebat sue, nec expectabat illud tempus ultimum, dum auctor universitatis atque Iudex nigrum theta in commentario suo pingeret, sed abjectus coram Deo penitensque provolvebatur; cumque foret non penitentie modo, sed maximarum quoque aliarum virtutum coronis undique redimitus; cum tam pure et innocens conscientie, ut cor suum nunquam illum reprehenderet; cumque diela factaque sua referri in librum peteret, ad aeternam propositi sui et devoti animi memoriam: id enim ea verba ipsis volunt cap. xxxi, 35: «Et librum scribat ipse qui iudicat.» hic vir, inquam, simplex et rectus ac timens Deum, et quotidianis sacrificiis intentus, inter hussitas sanctimonie quoddam miraculum et exemplar; cum tamen apud se reputare lucidum Dei oculum forte quiddam in se animadvertere, quod ipse non videbat, divinitus iustitie et bonitati contrarium, anxius et merens obsecrabat cap. x, 21, dimitti se ut plangeret paululum antequam iret ad terram tenebrosam et operam mortis eius, quo Iudicem propitiare posset, et animi abiectione atque lacrymis illius mentem ad misericordiam et lenitatem commovere, ut parceret peccatis ejus.

Accedit vero ad timorem nostrum augendum

Job tantum tantum describit, sed etiam obsequat peccata nostra.

Ver. 17. Regum memorialia qualia sunt, que in his referuntur.

et incendendam penitentie vim, quod non a Deo, ut in humanis rebus fieri solet, ulla peccata nostra pretereantur aut deponantur e memoria, aut ignorentur: sed omnia tam habet in numero, et tam clare et perfecte cognoscit, quam que oculis videntur, manu tanguntur. Quod ne cui obscuro esset in fidei rebus minus erudito, sacre littere Deo grandem commentarium tribuunt, in quem delicta studiosissime et accuratissime referantur, minute omnia et sigillatim, vel ad ea condonanda, si homines peniteat; vel puniendi, si negligantur. Sic visus est propheta Ezechieli summus ipse iudex inter angelos, quos habere vult satellites honoratos et fideles et administratos justitie sue, et his rebus ab eo describitur *Ezech. ix, 2*: «Et atramentarium scriptoris ad renes ejus;» quod exponens D. Hieronymus causam hanc reddit, «ut omnium peccata describeret:» ita Jeremias ait *Thren. 1, 14*, iniquitates «in manu Dei convolutas:» id Vatablus in hunc modum interpretatur: Deus quibusdam notis peccata in manibus suis designavit, ut illorum recordetur. Pius Vates meo iudicio *volumen* intelligit, quod more antiquo circum umbilicum convolvitur; in quod Deus atramento illo Ezechielis omnia hominum delicta, facta, cogitationes refert, et in sua manu, hoc est potentia divinitatis sue et aperta scientia conservat, ne unquam excidant et oblitentur, sed semper sint in conspectu, et clarissime perfectissimeque legantur. Hoc ipsum innuit *Isaias cap. lxxv, 6*: «Ecce scriptum est coram me, non tacebo, sed reddam, et retribuam in sinum eorum.» Ad hec adiungit novum symbolum Job ex hominum consuetudine promptum, quod mirifice inseruit ad rem penitus intelligendam: solent enim homines scripta que certa atque rata et fidem habere cupiunt obsignare, ne malitiosa ullius calliditate et excogitato artificio addatur aliquid aut dematur: sic Deum ait suo arcano codicillo notis omnium maleficiorum delictos et sedulo exaratos obsignare, cum subdit:

17. SIGNASTI QUASI IN SACCO DELICTA MEA: SED CURASTI INIQUITATEM MEAM. — Regum receptissimum fuisse morem, ut librum monumenti et memorie haberent, in quem referret universas sublimitum causas et rationes, beneficia atque insidias, ex sacris et profanis litteris apertissime constabat, ne scilicet per oblivionem aliqua exciderent, et non honesti labores justo premio aut scelera digno supplicio carerent: hinc ministros a commentariis legitimis in *II Reg. vii, 16*, et *III Reg. iv, 3*, quorum runus erat ea monumentis consignare que notata digna solebant accidere: hoc munus habuit Joabe, de quo *Isaias, cap. xxxiii, 3*: «Joabe filius Asaph a commentariis,» ubi Oleaster: «In Hebreo, inquit, per a commentariis habetur a recordationibus, qui res recordatione et memoratu dignas scriptis mandabat. Forte erat minister qui regem agendorum admonebat, et recordator dice-

batur:» sic ille. Habet etiam Deus memorie librum, sua diaria et ephemerides, in quibus accuratissime singulas hominum actiones notat; at quidem bonorum et malorum nomina in tabulis exscripta apud se habere, singulorum opera nosse, etiam gentiles novere, licet falsis nominibus id tribuerent. Pulchre Plantus in *Rud. prolog.*:

Qui est imperator divum atque hominum Jupiter, Is nos per gentis alium alia disparat, Hominum qui facta, mores, pietatem et fidem Noscimus: ut quemque adjuvet opulencia, Qui falsas lites falsis testimoniis Pettat, quique in iure abjurant pecuniam, Foram referimus nomina exscripta ad Jovem: Quod ille scit quis hic querat animum, Qui hic litem adjuvet postulant perjurio, Mali res falsis qui impudat apud iudicem: Item ille eam rem iudicatum iudicat: Majore multa auclat quam litem auferat.

Sed relictis gentilibus ad nostros veniamus. Ceterum et rationum librum in Dei manibus esse, quem suo tempore proferet, ut publice recitetur, eleganter habet S. Chrysostomus serm. *De Pseud. et iud.*: «Expecta, inquit, ex oculis venient afferentemque rationum tuarum codicem et verba oris tui, ut coram angelis recitentur atque hominibus:» libri enim illi divini in magno iudicio proferuntur et decretorio illo die, qui, ut monet gentium Apostolus *II Corinth. v, 10*, ante Christi formidandum tribunal omnes stare oportebit: id perspicue dicit *Ioannes Apoc. xii, 12*: «Et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum.» Quae et alia divinarum litterarum arcana monita probi omnes et salutis sue amantes viri ante oculos habere solent, atque expendere ad necessariam cautionem; ut cum nullum Deo scelus tectum esse possit atque incognitum, mature obviam eant periculo suo, et peccata desiant, puniantque in se ipsi, ne deinde omni acerbitate ab aequo iudice puniantur: abutuntur enim saepe homines indulgentissimi penitentis omnium Dei humanissimique patientia, quod dissimulat peccata hominum, quod inexpectat, quod longanimitas et misericors in divinis oraculis predicatur. Quod Tertullianus lib. *De Pat. cap. ii*, eleganter expressit, cum ait Deum patientiam sibi suam detrahere, qua utitur in tolerandis sustinentisque scelera: «Plures enim, inquit, Dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tandem nesciunt.» Fraus inimici illam menti caliginem inducit, ut ait nesciri prope sibi persuadeant scelus suum, aut oblitum esse Deum maleficiorum, neque unquam repetiturum rationem, aut ea nihili facere putent: hinc timor sanctus effluit ex animo, et impunitas quaedam in scelere et audendi licentia dominatur. Fraudem dixi veteratoris importuniti et crudelis, qui acerbo nos odio insequitur, et eo ipso abutitur ad timorem minuendum, quod nos ut debuisse ad timentum: neque enim si non punit subito Deus, et Deus

Deus habet velut in tabulis bonorum et malorum nomina descripta.

Rationum memoriarum codicum Deus habet.

Abutuntur homines longanimitate Dei.

empiorum hominum recordiam selestosque mores merito supplicio coercet, si manum sustinet telum vibrantem, jamque ad feriendum paratam, si carneas illas terras superbius se efflorentes adversus potentissimi Numinis dominatum fulmine suo non evertit, idem pulandus est aut necire impudentium homulorum insaniam, aut punire nolle. Reservat enim scelera Deus, et recouidit in thesauris suis immensis, et quantum crescit cumulus facinorum innumerabiliu, tanto ira fit Numinis potentior et acrior ad vtiadandum; atque hoc est quod Job significat dum ait: « Signasti quasi in sacco delicta me: » dicit in sacco, ut procuratorum litium imitari videatur, qui varia cause firmamenta in sacco fert, et conservat ad convincendam improbitatem solentque pendendum; vel in sacco idem est quod in thesauro, juxta illud Deut. xxxii, 34: « Nonne haec condita sunt apud me, et signata in thesauris meis? » Magnos igit thesauros refertosque significat, quos improbi ingratiqne in Deum sibi accumulavit, et, ut loquitur D. Paulus Rom. ii, 3, thesaurizat, cum excusso omni timore divinae bonitati illudant, dum aculeos divinae severitatis, qui recouidii sunt, excussos putant. Sed falluntur: nam justissimus scelerum vindex indignatur, et interea minas intentat, et reservat continetque iram suam prosilire cupientem ad impiorum malitiam conterendam.

hinc facit, ut in divinis paginis ira Dei nominetur reservatio, et irasci in Deo sit idem quod custodire: sic apud Jeremiam cap. iii, 5: « Numquid irasceris in perpetuum? » in ebraeo est נטר נטר, quod significat proprie reservare, custodire; itaque Pagninus vertit, numquid reservabis? Tigurina, numquid iram in perpetuum retinebis? Consimili modo apud Nahum prophetam cap. i, 2: « Et irascens ipse inimicis suis; » proprie ex Hebreo vertit Regia, reservans ipse inimicis suis, videlicet iram, poenam, supplicium, cum maturitas puniendi advenerit. Hanc vero poenam et ultionis dilationem magni supplicii loco deputavere sapientes, cum scirent fore aliquando, ut divina ira sic collecta, et abundantissime reservata, quasi rupto aggere vim furoris sui esset in impium caput effusura. Itaque S. Augustinus serm. 37 De Verb. Dom. nullam hic poenam magnam esse poenam existimavit, quod ut probaret: « Davidem, inquit, interroga, qui ait Psalm. ix, 4: Irritavit Dominum peccator: quare hoc dixisti? vide quid sequitur: Servatum multitudine[m] irae suae non quarebit: ideo necpe non requirit, quia nullum irascitur, parcendo credit: » haec doctor sanctus, quatenus in huiusmodi P. Bernardus serm. 42 in Cant. ait tunc magis irasci Deum, cum non irascitur. Hinc praestans illud axioma in sacris annalibus II Machab. vi, 13, quod reverenter D. Patres exceperunt, et proponere solent ad mortalium documentum: « Etenim multo tempore non siene peccatoribus ex sententia regere, sed statim

ultiones adhibere, magni beneficii est iudicium. » Errant igitur vehementer, qui, quoniam fulminantem Numinis manum non sentiunt, ab se metum salutarem ejiunt, et liberius in vita se blanda ingurgitant. E contra prudentes omnino in Christo, et opinione mea sunt beati, qui in hac vita sedulo sanctae penitentiae exercitios incumbunt, cum brevissimi temporis contentione atque poena aeternos luctus possint redimere: quantumvis enim Deus observet atque consignet peccata, id est thesaurum irae, quo demens homo et futuri nescius aut contemplor divinum pectus oneravit; nihilominus patitur resignari sacculos illos sive thesauros a penitentia et lacrymis, et delicta suae custodiae eripi, ne jus in illa habeat divina severitas.

Si igitur obsignat Deus velut in sacco delicta nostra, obsignemus et nos vere penitentiae sigillo, ut ea obliueremus: tanta enim penitentiae vis, ut ea delet quae Deus scripsit. O nobile sigillum, quod animae imaginem sceleribus deformatam suae formae restituit et nitori; magna penitentiae virtus, quae peccata abolere potest in Dei rationariis diligentissime nota: nulla peccata, licet gravissima illa sint, penitentia non delentur. Recte Arnoldus tract. De Sept. verb. Dom. in cruce: « Non arclatur numero, non clauduntur sine, nullas omnino habet metas divina clementia: sit qui invocet, erit qui exaudiat: sit qui poeniteat, non deerit qui indulgeat. » Et Tertullianus lib. De Poenit. cap. iv: « Omnibus delictis seu carne, seu spiritu, seu facto, seu voluntate commissis, qui poenam per iudicium destinavit, idem veniam per poenitentiam spondidit, » q. d. Obsignat diligentissime peccata, ut ea discutiat, et numeret, et libret, et puniat, si indiscussa reperiat. Divinam tamen severitatem non sentiet, qui se per poenitentiam pietati divinae sistit: id nempe valet illud quod Job hoc loco addit: « Sed curasti iniquitatem meam, » id est, propter poenitentiam peccata mihi condonasti, et peccatorum vulneribus praesens remedium et opportuna medicinam adhibuisti, poenam scilicet, quae aere quidem, sed saluberrimum remedium est, quo Deus mederi solet iis, quos ab aeterno cruciatu decrevit eripere: nulla enim est peccatorum morbis aptior et praesentior medicina quam poena atque supplicium. Haec etiam ratione Christus peccatis nostris remedium exquirit, et singulare medicinam fecit, tormentis videlicet et cruciatibus multis, quos ipse pertulit, et auctor est Isaias dicens cap. lxxv, 4: « Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. » Ivoire eius sanati sumus. » Curasse igitur iniquitatem suam Job dixit, quod tot tantisque ei poenas imposuisset. Plura de hoc versu vide apud Aloysium No varrinum toto lib. III Sacror. Elect., qui ad hujus versus explicationem reducit.

fra De dicta Hebraeis reservatio.

Ira Dei reservata gravior sit.

Deus parcendo poenit atrocium.

Peccata De ob signat penitentia re servat et delicta.

Vers. 18 et 19.

Omnia successu temporis interueniunt, sicut et montes.

Prodigio in montem collis.

Montes absorpti et in pluviam redacti.

Poenae peccati medicina.

Per etiam servat.

18 et 19. MENS CADENS DEFLUIT, ET SAXUM TRANSFERTUR DE LOCO SUO. LAPIDES EXCAVANT AQUE, ET ALLUVIONE PAULATIM TERRA CONSUMITUR: ET HOMINEM ERGO SIMILITER TERRES. — Resumit eum quem interruperat sermo de sua gravi infirmitate, qua se ad mortem proparare omni prole orbatum deploraverat, suamque calamitatem pulchra similitudine exaggerat. q. d. O bone Deus quotidie videmus montem minutatim defluere, ita ut Mich. i, 4: « Consumuntur montes, et valles scinduntur sicut cera a facie ignis, et sicut aquae quae decurrunt in praecipitium » similiter rupem, inter cuius rimas deflatis aqua, sensim minui atque consumi, atque tandem deorsum ruere, lapidesque huc et illuc dispersos paulatim dissolvi, et agarum maciefactione successu temporis in pulverem redigi: quid mirum si ego misellus homo tot calamitatibus et miseris oppressus contabescam penitus atque deficiam? Quam multe civitates alluvione terraeque motu subversa fuerint, deluxerint, et terra in vastos discesserit hiatus, nostri instituti non est enarrare, illud tamen non est praetermittendum quod narrat Plinius lib. II cap. lxxxviii: Factum est, inquit, semel, quod equidem in fletrusae discipline voluminibus invenitur, ingens terrorum portentum. L. Marcio Sex. Julio Coss. in agro Mutuensi montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes recedentesque, inter eos flamma fumoque exeunte, interdu spectante e via Emilia magna equitum Romanorum familiarumque et viatorum multitudo. Quo concursu vilis omnes elise, animalia permulta, quae intra fuerant, exanimata sunt. Eadem refert Fulgiosus lib. I De Prodigiis. Et illud quoque commemorandum, montes ablatos vel absorptos, vel in planum campum redactos: in Campano enim sinu mons Epopon, cum repente flamma ex eo emicisset, caestri sequatus est planitie; et alio quodam tere motu provolutis montibus insula Prochyta exstitit, teste Plinio lib. II, cap. lxxxviii. Quibus accedit quod idem Plinius tradit lib. II cap. xci. montes absorptos atque a terra devoratos, Cybotum scilicet altissimum montem cum oppido Curite, Sipyllum montem in Magnesia, atque in Aethiopia Phegium jugum excelissimum. Id accidit etiam Leonis imperatoris tempore quod scribit Evagrius lib. II, cap. xiv, ex prisco ejus temporis historico: Constantinopoli et in Bithynia adeo ingentes pluvias ad tres aut quatuor dies existisse, instarque fluviorum de oculo precipitatas, insuperque montes illarum violentia in planitiam fuisse depressos una cum pagis, quod etiam tradit Nicephorus lib. XV, cap. xx. Plura istiusmodi exempla vide apud Majolum in Hist. Graec. coll. de mont.

ET SAXUM TRANSFERTUR DE LOCO SUO. — Huc est secunda similitudo, rupis videlicet, quae non fluit ut mons argillosus, sed loco suo dimovetur, quomodo per ejus scissuras et rimas aqua paulatim transiens, et partes ejus ab invicem dividens

atque dissolvens, saxa ab alto deorsum et in praecipitium ruere cogit; unde facile videre est, vocem originalem מור יסו יסו pro alio hic sumi quam pro rupe, quae a rumpendo letinis sic dicitur, Graecis vero ἀντιπείδη, id est abruptus. Tertia similitudo desumpta est a durissimis lapidibus, qui successu tamen temporis a mollis aequo stillicidio sensim sine sensu excavantur, iuxta illud tritum sermone proverbium,

Gutta cavat lapidem non vi, sed saepe cadentia.

In Graeco est: Πήτραν κολάειν ἕως ὄψεως ἐντελεσθῆναι.

Id quod eleganter quoque Ovidius cecinit: Quid magis est durum saxo, quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Quo significatur nihil esse tam durum quam non emolliat, nihil tam arduum quod non efficiat assiduitas: quandoquidem stilla aequa, nimirum res tam tenuis ac levis, saxum etiam durissimum exhaeriat, quod vis ferro possit evincere. Idem quoque quarta similitudo confirmat ab aequa alluvionibus petita, quibus terra paulatim assumitur, quod frequenter alluitur. Quae omnia Job in hunc finem attulit, ut Deum ad sui miserandum permoveret, ne propter tam duris et diuturnis ipsi vulnera quae patiebatur tam gravia non fuissent, ipsa tamen assiduitate vel saxeam duritiam consumere potuissent.

Tropologie S. Gregorius lib. II Moral. cap. xiii: « Quid, inquit, est hoc, quod cadenti monti et saxo translato, quod excavato lapidi, et per alluvionem terre consumptae, perditio humana comparatur, nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia duo sunt genera tentationum? Unum quod in mente agitum est hominis pro repentino eventum agit, quatenus sic subito tentatur, ut hunc inopinato proventu concutiat et prosternat, casumque suum non nisi postquam ceciderit videat. Aliud vero quod paulatim venit in mentem, et resistenter animum lenibus suggestionibus inficit, et omnes in eo vires justitiae non nimietate sua, sed assiduitate consumit. Quia ergo alia est tentatio quae justos plerumque subita invasione prosternit, dicatur: Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo, id est, mens sancta, cujus locus iustitia fuerat, impulsu subito transfertur ad culpam. Rursus, quia alia est tentatio, quae se cordi hominis leniter infundit, omnemque duritiam fortitudinis consumit, dicatur: Lapidis excavantur aquae; quia videlicet duritiam mentis absorbent assidua et mollia blandimenta libidinis, et lentum atque subtile vitium corruptum durum et forte propositum mentis, » etc. Vide haec pluribus loco citato apud S. Gregorium exemplis confirmata; ubi utriusque tentationis, allicet su-

Aqua etiam lapides excavantur.

Perditio humana cadenti monti, saxo translato, et excavata, etc. comparatur. Duplex generis tentationis.

litate et immense, nec non lente ac diuturna naturam elegantem expendit et quasi ob oculos ponit.

20. ROBORASTI EUM PAULULUM UT IN PERPETUUM TRANSIRET: IMMUTABILIS FACIENS EJUS, ET EMITTENS EUM, — id est hac lege vitam homini et robur das, ut perpetuis alterationibus continuo immutetur, ac tandem moriatur, et ex hac vita in aliam emittatur; quod facillimo negotio efficit, nempe immutando faciem ejus, id est inducendo vultui ejus adeoque toti corpori alium colorem, puta pallidum, cinericum, cadeverosum; hinc viri sancti corpus suum esse terram aut cinerem putant colorata pellicula involutum, quem in deposito habent, ut terre cinerique reddatur. Ita quidem in antiquo epitaphio vas cinerum homo dicitur a magno, quicumque ille fuit, sapiente et Uranie alumno, qui carmen edidit:

Dic homo vas cinerum, quid confert flos facierum? Cypria quis cinerum mors ultima meta dierum.

Fuit notabilis christianorum Æthiopum consuetudo apud quod majoris ordinis antistitibus, ut tradit Sabellius lib. IV, cap. IV, non crux modo, verum etiam vas aureum terra plenum preferri solebat, ut hoc inspectum homines admoneret suae mortalitatis. Abrahamus quantus vir Deus bone! qui in schola Dei perfectionem didicerat, sed in animo circumferebat, cum audiente Numine, terram se atque cinerem profleret. Quae verba D. Cyrillus Hierosolymitanus in Catech. 6 expendens: Non dixit tantum, inquit, terram, ne seipsum magnum elementum terram appellare videretur; sed addidit, cinerem se esse, ut abjectissimam humilitatem et imbecillitatem suam ostenderet, cum cinere nihil sit levius atque exilius. Hi omnes in vas illud cinerum mentem et oculos intendentes nihil cause esse videbant, cur nimiam illi curam providentiamque tribuerent, quod mox spargendum ad Libitinam ludibrium sciebant: hinc lucent adhuc in eorum vita et proditis monumentis hujus rei clara vestigia: etiamnum exaudiantur eorum vota atque suspensio, hinc quam celerime evolare cupientiam, cum in dies peregrinationis suae finem opperirentur. David languebat in ea cogitatione, carna deficiebat, animam in manibus suis ponebat, et fugere cupiens e puticulis humane vite, e concupiscentie regno et hoc vitiorum dominatu, comploratio et lamentis conclave interius completus Psal. cxix, 3: « Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est! » quod aliqui ex Hebraeo ita vertunt, heu mihi quia peregrinor in exilio! seu peregrinatione protractionis, aut durationis, hoc est diuturna, cum illi omnis mora nimia videretur. Tum animum intendens in beatissimam illam patriam, ubi sedes piorum sunt, et peren-

Vers. 20. Vita hominis variabilis et ad incrementum.

Homo vas cinerum.

Abraham seipsum terram et cinerem vocat.

Pii nihil optant magis quam hinc excedere.

nis in omnium affluentia bonorum securitas, velut jam primo in limine hereret candidatus aeternitatis, voto grandi et flameo desiderio exclamavit Psal. LXXXIII, 4: « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. »

Paria cum purpureo Vate sentiant alii quoque divinae mentis internuntii prophetae, si quando in eum sermonem delabuntur: a quibus sumunt, opinor, theologiae profanae mysticae et principes eruditionis curiosi, e quorum numero Plato, unus facile omnium consensione doctissimus, in Axioc. clare dixit, vitam nostram esse peregrinationem, ut intelligamus, inquit, vitam nostram esse peregrinationem; idque vocat κενώματα, quamdam peregrinationem; communem et factam apud omnes sentiam. Ephantus item pythagoreus apud Stobaeum Serm. 46, homines ingeniosissime nuncupat ἀπομακρυνόμενοι, viros viros exsules, rem peregrinationi simillimam, expressam imaginem proscriptiōis; quae doctrina salutaris post adventum Servatoris maxime viguit, cum apostoli ut tubae celi argentae sonos magnificos et beatos in omnem orbem miserunt; in quorum monitis et commentationibus gloriosius frequentius nihil fuit quam nos in mundo esse peregrinos, cum quo nobis nihil commune esse oporteat. Loca ipsorum multa et illustra cum sint in promptu, et manibus teneantur, nihil est opus me proferre scriptura. Ab his sumens potius quam a Platone Clemens Alexandrinus lib. VII Strom., de laudatis perfectisque hominibus agens: « Is, inquit, revera est totus Jesus; et peregrinus in omni vita, qui in civitate habitans contemnit ea quae in civitate sunt, et quae alii mirantur: » ita martyr Justinus epist. ad Diog. christianorum vitam pingens illud scite et rotunde posuit, πᾶσα γῆν πατρις ἵστον ἀδελφῶν, καὶ πᾶσα πατρις ἕνα, omnis peregrina regio patria eorum est, et omnis patria peregrina. Hinc B. Macarius non dubitat pronuntiare, mysterium christianismi ἕνα ἵστον τῶ κόσμου, peregrinum veluti esse atque alienum ab hoc mundo. Magni omnino refert ea nos imbuti cogitatione, idque alte insidere omnium animis, ut a vite voluptate velut a noxiis uberibus avellamur, atque amorem disjungamus. S. Chrysostemus in Psal. cxix, scribens ait hanc esse πῶτον καὶ ἕξτον διδασκαλίαν, doctrinam optimam atque adeo primam, scire nos esse inquilinos in praesenti vita, idque antiquos fuisse profectos, ideoque habitos in maxima admiratione: idem in Psal. xiv vitam nostram vocat πῶδογιον, tabernam meritorum ad brevissimi temporis commorationem, ut celerimus vite cursus non aliud quam sobrii peregrini transitus quidam esse videatur. Itaque S. Ambrosius cum expendit illud regii Prophetae oraculum Psal. xxxvi, 23: « A Domino gressus hominis diriguntur, » subtiliter animadvertit, in Graeco non esse gressus, sed διδασκαλία, transitus: tum sapienter unumquemque monens: « Transi-

Vita haec peregrinatio.

Vers. 21.

21. SIVE NOBILES FUERINT FILII EJUS SIVE IGNOBILES, NON INTELLIGIT. — Hebraeus textus habet, multi sunt filii ejus, et nescit manantur, et non intelligit de vis; Graeci quoque hunc sensum secuti sunt, quem Septuaginta exprimunt his verbis, πολλοὶ δὲ γενόμενοι τῶν υἱῶν αὐτοῦ οὐκ ἴδον· ἕνα δὲ διέτη ἠβύρατα οὐκ ἔπισταν, cum autem multi fuerint filii ejus nescit: si vero pauci fuerint ignorat, nam in morte nullius rei notitia vel scientia est: quocirca sepulchrum terra oblivionis vocatur, ut veres de eorum omnium oblivissemur, ut veres de Lethes fluvii aqua fabulantur. Virgilius VI Aeneid.:

Lethaei ad fluminis undam Saepeus latices et longa oblivia polant.

Sacri se hic peregrinos putant.

Quomodo mortui non curant res mundi.

Sensus Jobi est, ea quae ad praesentem vitam pertinent, quantumvis chara et amabilia, qualis est proles longaque posteritas, a mortuis minime curari aut sciri, cum tamen e contrario dum vivunt aequant non curare quae dolorem ingerunt, et statum erumnose vite deflere, q. d. Optabiliorum esse ex hoc capite mortem, quae curis eximit hominem, quem calamitosa haec vita multiplici sollicitudine disrueat.

Porro illud non intelligit de naturali cognitione accipiendum, nam, juxta S. Thomam I Quast. LXXXIX, art. 8, animae separate secundum naturalem cognitionem nesciunt quae in hac vita geruntur; possunt tamen eam gerere ventium, licet eorum statum ignorent; possunt quoque quae hic aguntur nosse per animas eo migrantes, per

ergo, inquit, noli cessare sicut bonus viator; » abdit hanc vitam esse exodum, atque in exodo admirabilia multa illis ostendi qui transeunt. Quod S. Moysi contingerit, qui de se aiebat Exod. iii, 3: « Transiens videbo visionem hanc magnam. » Atque ut videamus magnos viros, Ecclesiae praecipuos, eodem spiritu afflatos, eandem vite vitam tenuisse, idem mortales monuisse, D. Basiliius in Psal. xiv proprium esse boni viri dixit παροδίου τὴν βίαν, more hospitis vitam hanc transire; et ea causa vivendi curriculum a praesantissimis veteris aevi luminibus nominari incolatum, hoc est διηγεῖσθαι πῆλιν, habitationem temporariam, ut intelligamus, inquit, vitam nostram esse παροδικίαν, transitoriam, brevem, mutabilem, et peregrinorum jactationem, atque ad constan-tem illam et aeternam tendere omnes oportere.

Vers. 21.

21. SIVE NOBILES FUERINT FILII EJUS SIVE IGNOBILES, NON INTELLIGIT. — Hebraeus textus habet, multi sunt filii ejus, et nescit manantur, et non intelligit de vis; Graeci quoque hunc sensum secuti sunt, quem Septuaginta exprimunt his verbis, πολλοὶ δὲ γενόμενοι τῶν υἱῶν αὐτοῦ οὐκ ἴδον· ἕνα δὲ διέτη ἠβύρατα οὐκ ἔπισταν, cum autem multi fuerint filii ejus nescit: si vero pauci fuerint ignorat, nam in morte nullius rei notitia vel scientia est: quocirca sepulchrum terra oblivionis vocatur, ut veres de eorum omnium oblivissemur, ut veres de Lethes fluvii aqua fabulantur. Virgilius VI Aeneid.:

Lethaei ad fluminis undam Saepeus latices et longa oblivia polant.

angelos, per daemones, et per Dei ipsius revelationem: quocirca mens Jobi de propriis animae viribus accipienda, per quas vita functus minime intelligit neque curat, eo scilicet modo quo res distincte cognite in hac vita curari solent, ut status discrimen experiat. Quod vero heatorum animae in caelis existentes ea quae hic geruntur agnoscant, id gratiae divinae adscribendum est.

22. ATTAMEN CARO EJUS DUM VIVET DOLEBIT, ET ANIMA ILLIUS SUPER SEMETIPSO LUGEBIT: — anima enim quamdiu in hoc corpore vivit multis passionibus et angoribus obnoxia est, ita ut huic vite misere merito preferenda videatur mors a passionibus libera et quieti: nam ut externa omnia incommoda desessent, quod fieri tamen vix posse videtur, non deerunt certe intestina et veluti domi nata, in quibus vite satur et multiplicitum incommo-
dorum quilibet exclamat cum S. Jobo cap. vii, 20: « Factus sum mihi metipsum gravis. » Sunt enim inter homines rarissimi, qui non his quae eveniunt quotidie graviter animo afficiantur, qui praesentibus non doleant, metu futuri angantur, quos melancholia et animi perturbationes non affligant, qui dietis factisque alienis non turbentur, qui non corporis aliquam infirmitatem sentiant, quae pungat, et indigere curatione videatur. Caeterum S. Gregorius lib. XII Moral. cap. xii, locum hunc de venera libidine exponit, quae tanto plus molestiae facessit et doloris adfert, quanto quis illi magis indulget: alia enim pleraque peccatorum genera cito satiant, atque ipso usu hominem a se avertunt; sed libido usui ipso irritatur, et majores ex seipsa vires capit, quamobrem « caro ejus (qui deditus est libidini) dum vivit (id est, dum petulantiam exercet, ac libidine defluit) dolebit (id est, majores stimulos patietur in dies): quoniam hi majores tribulationes ex carne suscipiunt qui carnis voluptatibus delectantur, » inquit S. Gregorius, qui id ipsum confirmat Apostoli auctoritate dicens I Cor. vii, 27: « Tribulationem tamen carnis habebunt ejusmodi, » ubi expendit quibus tribulationem carnis accinat, nempe his qui matrimonium contraxerunt, quia licet hi qui spiritualiter vivunt, et castimoniam professi sunt, etiam carnis stimulis vel invitentur; majori tamen pernitur urgentur illi qui veneri indulgent et feminarum commercio utuntur.

Vers. 22. Vita haec non potest deesse miseria.

Caro libidinalis dum vivit dolebit.